nota ꝙ magister perhibere debet testimonium de vita discipuli. similiter de eius doctrina hec ibi. et certum est ꝙ non solum doctum sed bonum oportet esse magistrum qui potius moribus optimis ꝙ̃ doctrina instruat puerum. cui exempla pudica ac recta obiicienda sunt. nã in hac etate magis exempla prosunt ꝙ̃ rationes doctrine rude enim ingenium magis rerum sensibilium aspectu ꝙ̃ rationis demostratione mouetur ideo plato quarto de legibus sapiens itaqꝫ legum lator senioribus precepit potius vt sint coram iuuenibus verecundi ac summopere caueant ne quis iuuenum eos aut videat aut audiat agentes turpe aliquid vel loquentes nam vbi senes minus pudici sunt: necesse est ibi iuuenes impudicissimos esse et aristoteles septimo politicorum debent pueri prohiberi ab auditu turpi et sermonibus inhonestis et ne videant picturas inhonestas. et quintilianus primo de institutione oratoria. si quidem leonides alexandri pedagogus vt a babylonio diogene dicitur quibusdam eum vitiis imbuit que robustũ quoqꝫ et maximum regem ab illa institutione puerili sunt prosecuta. hec ibi sed aliqua exempla sunt potentiora ad imprimendum non solum infantibus sed quibuscunqꝫ. primum genus exempli est superiorum aut filii cet parentum vel prelatorum. secundum est grauissimorum virorum qui aut pericia aut bonitate illustres habentur tertium est eorum cum quibus continue et familiariter viuitur quartum est magistrorum quorum doctrinam pueri et adolescentes adiscunt hec quidem exempla magnã vim impressionis habent. de quo iuuenalis satyra. xiiii. barbatos licet admoueas mille inde magistros hinc totidem cupiet lauto cenare paratu semper. et a magna non degenerare culina dicit auctor ꝙ si mille barbatos magistros dederis filio et ex alia parte totidem quasi diceret si dederis quoscunqꝫ magistros filii semper sequentur exempla parentum quorum exempla preceteris imprimunt et ibidem subiungit expectas vt non sit adultera large filia quia larga erat meretrix. et iterum subiungit iuuenalis et citius nos corrumpunt vitiorum exempla domestica magnis cum subeant animis autoribus. et infra et mostrata diu veteris trahit orbita culpe dicit auctor ꝙ exemplum continuum imprimit tenacissime. nam orbita vulgo la carrara id est via currus mostrata diu non solum imprimit sed quodam modo indelebilis est eo maxime cum omnes simus proni malis omnibus ideo subiungit iuuenalis quoniam dociles imitandis turpibus et prauis omnes sumus et catilinam quocunque in populo videas quocunque sub axe sed nec brutus erit bruti nec auunculus vsquam id est vbique praui homines sunt quorum exemplis pueri

vel alii prouecte etatis etiam mali efficiuntur ⁊ pauci boni sicut brutus
⁊ auunculus eius qui fuit cato vticensis vir integritatis ⁊ sapientie plen⁹
viterꝫ iuuenalis nil dictu fedū visuꝙ hec limina tāgat itraqꝫ puer ē ⁊ marie me
morādū qđ subiūgit iuuenalis maxia dēbet puero reuerētia si qd turpe pa/
ras nec tu pueri ꝯtēpseris annos. ⁊ teste laertio pythagoras iterrogat⁹ quō
filij optime erudirētur: dixisse fertur si ex bene instituta ciuitate nati eēnt
quasi diceret quia in tali ciuitate ⁊ doctriua ⁊ morum exempla recta vi/
gere solent ⁊ plato erat.n. sollēne familie nostre festis diebus nos pueros
ad certamen inuitare prepositis puerilibus premijs. ⁊ cicero in primo de
officijs q̄ꝙ te marce fili annum iam audiētem cratippum id ꝙ athenis a
bundare oportet preceptis institutisꝙ philosophie propter summam ⁊ do
ctoris auctoritatē ⁊ vrbis quorum alter te scientia augere potest altera ex
emplis igitur pueri no solum exēplis sed doctrina instruendi sunt ⁊ ꝑmū
quod ingenijs puerorum obiciēdum est diuina ac sacra ꝑdiscere. tenetur.
n. vnusquisꝙ cum ad annos discretionis puenerit diuina mandata cogno
scere ac etiam ea que a sūmis pontificibus tradita atqꝫ precepta sūt. ideo
scribitur extra de penitentijs ⁊ remissionibus. c. ois vtriusꝙ sexus. postꝙ
ad annos discrenionis puenerit oia sua solus peccata saltē semel in anno
fideliter ꝯfiteatur proprio sacerdoti hec ibi quis.n. recte confiteri pōt nisi
peccata cognoscat ⁊ quis cognoscere pōt nisi qui mandata legis agnoscit
igitur diuina lex a pueris principio oium rerū perdiscenda est. qđ ēt oium
gentium ritus celebri cultu obseruauit de quo diodorus li. ij. erudiūt sacer
dotes filios litteris que appellantur sacre. ⁊ virgilius in Secūdo eneidos
pueri circū inupteꝙ puelle sacra canūt. que nequaꝙ canere poterāt nisi
didicissent ⁊ ebrei primū quod docent pueros est lex diuina quod ēt iubēt
hebreoꝝ doctores. s. raby ioanan raby elyazar raby elyezerus ⁊ araban ꝑ
ma ergo puerorum doctrina est diuinarum rerum secunda est honorū mo
rum. tertia est peritie ⁊ scientie in diuitibus ⁊ in his qui sine artibus viue/
re possunt. sed qui redditus vberes non habent ⁊ artificio manuum viue/
re oportet: tunc tales pueri artibus ībuendi sunt quod salubre documētū
sapientissimi viri vetustis temporibus at nouissimis tradiderunt auicenna
tertia primi cum autem sex habuerit annos magistro tradēdus est qui eū
doceat ⁊ philosophus. vij. politicorum tempus aptum ⁊ conueniens pro
quo debet dari disciplina est a septennio vsꝙ ad. xiiij. annum ⁊ a xiiij. vsꝙ
ad. xxj. ⁊ ibidem philosophus legis latori maxime negotiandum est circa
puerorum disciplinam ⁊ laertius li. vj. dixit aristoteles parentes qui libe/
ros erudiendos curassent longe honorabiliores esse his qui solum genuis
sent hos enim viuendi tantum illos autem bene beateꝙ viuendi aucto//

res esse:hec ibi ⁊ philosophus.x.ethicorum in pluribus autem ciuitatum
neglecta est de talibus ⁊ vult vnusquisqꝫ vt velut cyclopes disponens de
pueris ⁊ vxoribus in his verbis possunt intelligi cyclopite gentes barba/
re que non vtuntur legibus.⁊ secundum virgilium sunt gẽtes apud quas
homines habent vnum occulum ⁊ sunt stature magne vtentes carnibus
hominum quod figmentum sic possumus interpretari cyclopes sunt viri
magne stature idest habentes magnas diuinas vel magnum principatum
⁊ non habent nisi vnum occulum idest parum sapientie ⁊ prudentie ⁊ vtũ
tur carnibus hominum quia seuissimi ⁊ secundum carnem viuunt qui fi/
lijs non virtutes:non sapientiam sed diuinas parant ⁊ sensibilia atqꝫ volu
ptuosa ⁊ magistratus ⁊ dignitates aut principatus in quantũ possunt oĩ
cura contendunt quod quidem multum erroris ⁊ plurimum sceleris ac
grauissime iacture nefas habet quia non diuitijs sed virtutibus locupletã
di sunt filij ⁊ probitate ⁊ peritie nominisqꝫ claritate replendi quod fere
oẽs negligunt.⁊ quod grauius est qꝺ pleriqꝫ ferunt nequaqꝫ filios esse do
cendos ex eo ꝙ omnino incorrigibiles sunt quos natura prauos effecit.nã
qui complexione mala ⁊ celorum influxibus mali disponuntur nullo vir/
tutis artificio corriguntur quia omnia inferiora que sunt in his quatuor e
lementis regulantur a corporibus super celestibus a quibus continetur
generatio ⁊ corruptio ⁊ omnis alteratio in omnibus elementis ⁊ permi/
scio ⁊ perturbatio omnium elementoꝝ ⁊ sicut cera a sigillo accipit formã
impressionis sic ista inferiora a corporibus supercelestibus neqꝫ celi muta
biles sunt ⁊ eorum influxus de quo dicit philosophus.ij.celi ⁊ si in aliquo
orbe orbium cerraticorum essent plures stelle esset vltimus orbis in labo/
re cum mouet orbes qui sunt post ipsum motu diuerso. dicit philosophus
ꝙ si plures stelle adderentur alicui celorum qui sunt infra primum mobi/
le ꝙ intelligentia vltima mouens vltimum celum esset in labore idest tar/
dius moueretur vel non moueret non enim dicuntur fatigabiles ipse in/
telligentie quia tunc essent corruptibiles ⁊ licet celum non sit graue neqꝫ
leue vt dixit philosophus primo celi tamen intelligentia moueret tardius
celum si adderentur plures stelle ex eo ꝙ inter mouentem ⁊ motum est ꝓ
portio ⁊ motoris potentia est finita : sed dei potentia est in finita : ⁊ in//
finiti vigor s secundum veritatem fidei. ideo deus posset mouere e//
qualiter etiam si plures stelle adderentur:secus autem de alijs intelligẽ/
tijs mouẽtibus ⁊ alijs motoribus quorũ potẽtia finita est nã si alter sol ad
deretur non solum hec inferiora mutarentur:sed corrumperẽtur ⁊ distãtia
stellarum fixarum ⁊ planetarum ⁊ propinquitas ad inuincem:⁊ remotio
⁊ propinquitas ad nos ⁊ magnitudo ⁊ paruitas omnium corporum super

celestium ꝛ aspectus ꝛ influxus ita commemsurata sunt ab ipso deo artifi
ce summo vt nequaꝗ̄ permutari possint quia omnia optime lance ꝛ men
sura stabilita sunt nequaꝗ̄ decet deum ab optimo declinare ex his ergo pa
tet ꝙ dispositiones humanorum corporum immutabiles fiant. ergo praui/
tas ꝯplexionis ꝛ dispositio curua sic a celestibus cursibus impressa non p
mutabitur vana ergo erit puerorum doctrina ꝛ morum bonorum instru/
ctio. sic volunt sic affirmant scelestissimi parentes quorum erroribus sic oc
currendum est tritum enim ꝛ communissimum prouerbium omnium sapiē
tum atqꝫ astrologorum omnium. sapiens dominabitur astris ꝛ scribitur io
sue. x. capitulo tunc locutus est iosue domino in die qua tradidit ammore/
um in conspectu filiorum isdrael dixitqꝫ coram eis sol contra gabaon ne
mouearis ꝛ luna contra vallem baylon steteruntqꝫ sol ꝛ luna donec vlci/
sceretur se gens de inimias suis non ne scriptū est in libro iustorum stetit
itaqꝫ sol in medio celi: ꝛ non festinauit occumbere spatio vnius diei. non fu
it ante ꝛ postea tam longa dies obediente domino voci hominis ꝛ pugnā
te pro isdrael ꝛ abacuch. iij. capitulo sol ꝛ luna steterunt in habitaculo suo
nec ex his mutata sunt inferiora. quia aliter secundum sacre fidei veritatē
ꝛ aliter secundum philosophum qui naturalia tantum prosecutus est ꝛ si
celorum influxus sint immutabiles secundum naturam tamē orationibus
ꝛ vite temperiem ꝛ bonorum morum vsu dispositio praua humani corpo/
ris mutabilis est atqꝫ permutabitur maxime si a teneris annus ceptum
fuerit ꝛ non solum dispositio mala ab in fluxu celesti impressa cōtinuo vsu
bene disponetur: sed etiam ipsa complexio permutari potest ex mala in bo
nā ꝛ ex bona in optimam si in tenella etate doctrina morum ꝛ vite tem/
perie pueri educati atqꝫ instructi fuerint. sic medicorum est sententia alya
bas primo theorice capitulo nono mutatur complexio consuetudine regio
ne ꝛ artificio galienus de ingenio sanitatis capitulo. vj. ꝛ tegni. ij. deciden/
te calida ꝛ sicca crasi tempore paraumastice etatis in frigidam conuerti/
tur ꝛ siccam dum dicit paraumastice idest decrescentie ꝛ craxis idest com/
plexio vult dicere ꝙ in iuuentute sumꝰ calidi ꝛ sicci. sed in senectute frigi/
di ꝛ sicci damascenus in aphorismis ex mutatione stellarum in longitudi/
ne ꝛ latitudine vita ꝛ nature ꝛ consuetudines mutantur ꝛ haly secundo
quadripartite mores hominum ꝛ cōplexiones ꝛ alie virtutes omnes mu/
tantur secundum quamlibet harum rerum vt aeris ꝛ regionis auerois.
colliget quinto tota complexio bona permutatur quod etiam rationibus
probatur ꝛ ex calore depascente humidum radicale cum omnes produ/
cti fuerimus in vltima limositate humiditatum primo de regimine sanita/
tis ꝛ tertia primi continue calor innatus consuuit pabulando se ac desic/

cat humidum vnde necessarie sit complexionē et radicalem in frigidam et siccam permutari preterea si complexio non permutaretur cum anima non senescat supposita debita administratione vite: posset homo perpetuari quod est impossibile adhuc etiam conspicimus formas seu qualitates corporis permutari ad inuicē de pinguedine in macredinē et colores et mores et desideria omnia hec pmutari māifeste videm9 dixit ruffus nutrita fuit puella cum veneno vt interficerentur per eam reges qui cum ea coue nirent et q in ipsa complexione sua consecuta est consecutione maxima vt saliua eius interficeret animal et non appropinquaret ei gallina idem dixit rasis de puella nutrita veneno et conciliator in problematibus aristotelis puella nutrita fuit napello. quod est venenum perniciosissimum. quia est herba venenosissima a tota substantia opposita nature humane: et conciliator differentia. xxij. de hac puella nutrita veneno et idem conciliator eadem differētia et in commento in problematibus aristotelis. q annus nutrita fuit veneno ser pentum hoc idem auicenna sexta quarti. et aduertendū q mutari complexionem tripliciter potest intelligi primo mō. Secūdū intensum et remissum. vt complexio sanguinea fiat magis vel minus sanguinea et cholerica magis vel minus cholerica. et sic de alijs. Secūdo mō d vna spē in aliam spēm vt sanguinea in cholericam vel cholerica in melancholicam: Tertio modo de vno contrario in aliud vt sanguinea in melancholicam vel melancholica in sanguineam qz complexio sanguinea est humida et calida et melancholica est frigida et sicca de quo dicit conciliator differentia. xxij. de extremo vero in extremum sibi contrarium propter improportionem homo genitatis no sic fortassis potest fieri transmutatio nisi p media plurima que autem symbolum habent facilius transmutantur que autez non habent symboloytatem difficile transmutantur vt scripsit philosophus primo de generatione. et non solum exparte complexionis: sed ratione etatis quia q̄to senior tanto difficilior in sua complexione ad permutandum: et q̄to iunior facilius permutatur in sua complexione de quo cōciliator differentia. xxij: in etate maiori quando mores quales sunt apparebunt completi graue multum est ipsos permutare. in puericia facere possumus leuius alioquin sciētia moralis foret vana ad hoc ordinata hec ibi sic ergo in puericia et adolescentia exdebita administratione rerum et morum potest mala complexio mutari in bonam et que bona est in optimā. et e contra ex malo regimine puerorum bona complexio mutatur in malā et q̄ mala est in pessimam. ideo qui dispositione nature praui sūt possunt artificio bñ dispōi. et magna ac pluria bōa pueniūt. ex eo q cōplexio mutat i meliꝰ i pmo et bōis aīe dicam⁹. nā bñ cōplexionato corpe bñ dispōit aius ad

ꝟtutes ad magnanimitatē mãsuetudinē:clemētiã liberalitatē magnificētiã ꝛ fere omnia virtutū genera ex quo oꝫ ꝙ alienus sit ab iracundia:auari/cia luxuria:ꝛ crapula ꝛ ebrietate ꝛ postréo ingeniū īdustrie ac peritie ꝛ ſcīe ꝛ artibus satis dispositum q꞉ corpus cū sit instrumētum aīe cum bene disponitur bene opatur aīa que sua nã a deo bona creata est sitr corpus ex bona ꝯplexione fortitur vitaꝫ longeuã salubritatē robur fortitudinē ac pulchritudinē nō hec bona pauca sunt.sed multa atqꝫ magni faciēda sūt que quidē bona animi ꝛ corporis sequunt cum complexio bona fuerit que quidem complexio intenella etate pōt bona ꝛ optima fieri si pueris debitum regimē vite administratū fuerit ergo ꝯcludimus ꝙ si q praue dispositi sint a natura poterūt optimi fieri ꝛ in viros claros euadere de quo auicenna tertia primi ꝛ in hoc due ꝯsistunt vtilitates vna in eius anima vt crescat in ipso a puericia sua existente bonoꝝ morum ꝛ fiet ei habitus fexus ꝛ altera est in corpore ipsius qm̄ sicnt mali humores malicie cōplexionis spēm sūt sequentes ita cum ex ꝯsuetudine acciderit sequetur eos complexionis malicia dicit auicēna ꝙ mores scelesti ꝛ cibus malꝯ ꝓducunt complexionē malam ꝛ nō solum animi prauitatē.sed etiã corporis egritudinē.ꝛ iterum ibidem auicena itaqꝫ vehemens calefacit tristicia.ꝛ multū exiccat ꝛ pigricia virtutes lassat animales ꝛ complexionē ad falsitatis ꝓprietatē iclinat:i tēperamēto igitur moꝝ custodia sanitatis anime ꝛ corporis simulꝯsistit hec ibi.sed que sit ista tēperies moꝝ ꝛ cibus ꝛ potus in sequēti capitulo explicandum ē vbi quō puericia ꝛ adolescentia hec due etates dirigende sint quibus moribus:quo victu:qua vita instrui ac edoceri debēt pueri ꝛ adolescētes breuissime de scribemus.ideo ad septimnm capitulum transeamus.

Septimum capitulum de etate adolescentie.

A dolescentia vel pubertas vel quandoqꝫ dicitur iuuentus sed proprīssime adolescentia nominanda est.que incipit post annuꝫ.xiiij in masculo sed in femina post.xij.ꝛ durat vsqꝫ ad.xxv.annum tam in masculo ꝙ in femina.instituta ꝛ curatoribus in principio iuncto.§.item inuiti adolescentes ꝛ.l.prima circa finem.ff.de minoribus ꝛ in.l.non aliter.§.primo iuncta glosa in verbo etatem.ff.de legatis.iij.sic iurisconsulti describunt hanc etateꝫ ꝛ extra de desponsatione impuberum capitulo.ij. dicitur districtius in hibemus ne aliqui quorum vterqꝫ vel alter ad etateꝫ legibus vel canonibus determinatam non peruenerint coniungantur dicit glosa ī.c.canonibus etas ad matrimoniū ꝯtrahendū tã ſm leges ꝙ secundum canones est.xij.annoꝝ in femine.ff.de ritu nuptiarum minorem

⁊ infra e cōtinebat in viro .xiiij. annorum infra e attestationes ⁊ in eodem
t°.c.puberes a pube sunt vocati idest a pudētia corporis nuncupati quia
hec loca primo lanuginē inducunt quidam tamen ex annis pubertatē exi
stimant idest eum eē puberē qui.xiiij.annos impleuerit q̄uis tardissime
pubescat.certum ē aūt puberē eē qui ex habitu corporis pubertatē osten/
dit ⁊ generare iā pōt ⁊ pnerpere sunt que in annis puerilibus pariūt glo
sa in v̄bo ostēdit ergo pubertas ex vigore naturali nō ex annorū numero
probat.quod verū ē quo ad matrimonium contrahēdum vbi malicia sup
plet etatē ex quibus etiam ꝓbatur ꝙ matrimoniū ꝯsideraf ex pubertate
tm̄ ⁊ non ex annoꝝ numero quo ad tutelam vel curā etas annoꝝ tātū cō/
sideraf hec glosa extra de delictis pueroꝝ.c.p̄mo in textu pubertas i.xiiij.
anno glosa in verbo pubescere ante.n. pubertatē que in anno.xiiij. solet e
uenire nō p̄sumit de quoq̄ nisi malicia suppleat etatē extra de regulari
bus ⁊ transeuntibus ad religionē habetur ꝙ non fit transitus ad religio
nem ante.xiiij.annos glosa in verbo cum virum in verbo discretionis an/
nos dicit ꝙ anni discretionis ad votum ⁊ matrimoniū apti sūt in femina ī
xij.anno in masculo in.xiiij.nam ante dicunt caret iudicio dic iuditio idest
discretione ⁊ de regularibus ⁊ transeuntibus ad religionē li.vj.c.p̄mo idē
habetur de tēpore professionis vbi glosa si minor.xiiij . annoꝝ ingreditur
religionem in.xv.anno libere exibit ⁊.xxvij.di.c.quicunq̄ dicit glosa colli
gitur ꝙ pubertas in.xiiij.anno in masculo in femina in.xij.xx.q.prima .c.
firma autem tunc erit professio virginitatis ex quo adulta iam etas eē ce/
perit ⁊ que solet apta nuptijs deputari ac perfecta glosa in verbo firma nō
intelligas cum ceperit attingere quartumdecimum annum masculus vel
femina .xij.annum sed cum iam in fine.xiiij.annorum vel.xij.de hoc etiaꝫ
xx.q.prima.c.illud in textu ⁊ in glosa ⁊ luce.xv.dixit adolescentior ⁊ luce.
vij.adolescens tibi dico surge vbi gregorius nixenus qui dixit adolescen/
tem florentis significauit temporis horam primam productam lanugi/
nem iam aspirans ad tp̄us sponsalium ⁊ in psalmo.cxviij. in quo corrigit
adolescentior viam suam ⁊ voluerunt pleriq̄ ꝙ sicut puericia īcipit ab an
nis discretionis q̄n q̄s doli capax est.sic adolescentia incipit ex quo q̄s ge
nerare pōt ⁊ femina ꝯcipē sed vt ad rē nostram attinet dicim⁹ ꝙ adolescē
tia incipit in femina a.xij.anno in masculo a.xiiij.finitur in.xxx annū vbi i/
cipit etas ꝯsistentie vel status sed q2 etas puericie contigua est adolescen
tie ⁊ vtraq̄ rationis vsum habet ⁊ in augumento ambe sunt ⁊ quandam
similitudinem habere videntur quasi simili morum doctrina instruende
sunt ambe ideo de vtraq̄ ī hoc capitulo dicendū videtur.quinq̄ enim re
gulis vt breuitatem imitemur puericia ⁊ adolescentia moderande sunt.
quaruꝫ prima est.Si pueri ⁊ adolescentes metu an blanditijs asperitate
vel leuitate educandi sint que quidem questio non faciliter soluitur nisi

pro vtraqꝫ parte rationes ⁊ argumenta afferamus in mediũ nam prima
pars disputationis erit ꝙ pueri ⁊ adolescentes blandiijs ac leni vita edu
candi sunt secũda pars erit ꝙ nequaq̃ꝫ leni vita sed asperitate ⁊ verberibꝰ
corrigendi sunt postremo explicabimus quid super his sentiendũ ē hunc
.n. modũ solutionis proprietas huiꝰ questionis expostulat: In prima ergo
parte probamus pueros ⁊ adolescentes leniter educandos cuius rei pri/
ma ratio talis est auicenna.xj.tertij neqꝫ in firmi neqꝫ sani sunt infantes ⁊
decrepiti ⁊ ꝯualescentes ⁊ auicenna.ij.primi ⁊ galienus.ij.tegni pueri in
ter corpora neutralia connumerantur ioannitius pueros senes ⁊ ꝯualescẽ
tes defectus appellat quod etiam ratio satis ostendit qꝛ corpora talia nõ
dum sunt completa neqꝫ perfecta ⁊ nõ dum suum augumentum accepe//
rũt ideo ad edificationis cõplementum natura multum laborat sicut arti
fex dum domum edificat laboribus ⁊ expensis plurimum fatigatur quous
qꝫ ad ipsius domus ꝯplementum peruenerit.scribente philosopho.vij po
liticoꝝ.iuuenes indigent delectatione.nam ĩ eis secundũ augumentum
fiunt multe mutationes que non sunt sine labore ideo auicẽna in.c.de re
gimine infantis .infans dimittendus est ludere hora vna vsqꝫ ad. xiiij.an/
num quod etiaꝫ experiẽtiã ostendit nã cito cõtristantur ⁊ plorant sepe ⁊
subito irascuntur ⁊ perturbatio celeris.ideo phus.vij.politicoꝝ pueri de/
bent cohiberi a fletu cuius rei hec põt esse ratio.qꝛ per fletum fit dispersio
spirituum ad exteriora corporis ex quo redditur virtus debilis qꝛ ꝑ aggre
gationem spirituum ad interiora virtus corporis fortificatur: Secũda ra
tio sumitur ab hyppocrate in sexta particula aphorismoꝝ si timor ⁊ passi/
bilitas multũ tẽpus habent perficiunt melencholicũ quod pueris ⁊ ado
lescentulis perniciosius nocet quibus non exiguum malum est quãdo qs
in complexionẽ melancholicam conuertit. est.n.complexio melancholica
ceteris complexionibus inferior: Tertia ratio est propter egritudinẽ quaꝫ
pueri ⁊ adolescentes possunt incurrere dum.n.magister vel pater aut ma
ter in corrigendo nimia ira ac furore replẽtur aduersus pueros ⁊ adole//
scentes potest fieri impressio venenosa circa puerorum ⁊ adolescentum
corpora quia dum quis furore ire succenssus ē vapores colerici ⁊ mali ele/
uantur ex concitatione ire ⁊ ascendunt ad caput ⁊ transeunt ad occulos
a quibus exeuntes aereꝫ contiguum inficiunt quem aerem sic infectũ at
trahunt pueri ⁊ adolescentes ⁊ quia occuli puerorum tenerrimi sunt faci/
liter leduntur adhuc etiam imaginatio ipsorum facit impressionem. nam
dum pueri vl' adolescentes imaginantur magistros iratos ac furibondos
talis imaginatio imprimit multum ita ꝙ qñqꝫ vidimus pueros langue/
scere ex ira corrigentis aduersus eos impressa.quando aspectus atrox at
qꝫ minax eos terruit quod stulte mulieres fascinationem vocant ⁊ hanc

puerorum egritudinem verborum incantationibus factam arbitrātur. sed veritas est ꝙ in ira sit passio sensibilis ideo sensibiliter mouet. nam ex ira mouentur humores et signanter humor cholericꝰ. et ipsum fel quo corpꝰ irati inficitur quasi quadam re venenosa ex quo aer contiguus talibꝰ vaporibus infectus inficit puerum vel adolescentem. ideo solinus de mirabilibus mondi in scythia feminas nasci habentes geminas pupillas ī oculis que cum irate fuerint perimunt quos inspiciunt et similes mulieres esse in sardinia dixit etiam solinus. Quarta ratio est respectu animi qꝛ ex vehementi timore et agonia animi virtus fantastica et imaginatiua et organum cerabri et reliqua omnia impediuntur ad disciplinā et artes perdiscendas. aut quodcunqꝫ sit illud quo pueri vł adolescentes instruēdi sūt nam virtutes animales et intellectiue impediuntur dum passiones intense in surgunt in homine: Quinta ratio est respectu virtutum quia ex timore nimio et continuo quem inferunt pueris vel adolescētulis magistri vel parentes fiunt ipsi adolescentes et pueri pauidi formidolosi pusilanimes et quandoqꝫ iracūdi crudeles homicide liuidi: Maligni: illiberales. et totius vere virilitatis in memores similiter ignaui: secordes: tardi pigri: hec ergo quinqꝫ mala pueris et adolescentibus eueniunt si nimium dura atqꝫ aspera fuerit correptio igitur lenitate et mansuedine atqꝫ blanditiis pueri et adolescentes educandi sunt atqꝫ instruendi. sed pro contraria parte insurgunt alia argumenta quibus parentes et magistri pueros et adolescentes timore et pauore sine blanditijs semota omni lenitate docere debent Prima ratio sumitur ecclesiastici. xxx. equus indomitus euadit durus et filius remissus euadit preceps lacta filium et patientem te faciet lude cū eo et contristabit te. Terrentius in. iii. comedia deteriores omnes sumus licentia seneca tragedia. ii. peiora iuuenes facile precepta audiunt idest proni sunt malis omnibus ergo pronitas et mobilitas puericie et adolescentie frenis timoris compescenda est. nam in istis duplex est pronitas vna carnis que omnibus ī est alia etatis que solum puericie et adolescentie conuenit: Secunda ratio sumitur a seneca in li. de ira nihil magis facit iracundos ꝙ̄ eruditio mollis et blanda quo plus indulget paruulis quo plus licet corruptior animus est non resistit offensis cui nihil vnqꝫ negatum est cui lacrimas sollicita semper mater abstersit quod dictum senece non solum in passione irascibili sed etiam in passione concupissibili habet effectū quia ex leni et blanda disciplina non solum iracūdi: sed luxui ebrietati crapule ceterisqꝫ corporis voluptatibꝰ disponunt ꝺ quo qntilianꝰ. i. ꝺ institutione oratoria mollis illa educatō quā īdulgētiā vocamꝰ neruos oēs et mētis et corpis frāgit: Tertia ratio sumit ecclesiastici. vij. filie tibi sūt serua corpꝰ illarū et nō ōndas hilaré faciē tuā ad illas cuiꝰ rō talis ē nā fuerētia bonor

obediētis maiorum ꝯtemnūtur cū circa filios mollis disciplina fuerit neq̄
unt.n.pueri ⁊ adolescētes eoꝝ parerē mādatis quoruꝫ reuerētia i ꝯtēptu ē
Quarta ratio ꝓbat ex qualitate delinquentium qꝛ peccata nō delitijs sed
minis timore ⁊ quādoqꝫ supplicijs corigēda sūt.quis.n. delinquetē blan/
ditijs arguit quis ꝓlapsos i scelera ꝓsequit̄ honoribus nō.n. blādus sꝫ fe
rox:nō subridēs sed minax vultus aduersus peccātes opportunus est naꝫ
vt plurimum i puericia ⁊ adolescētia deliquit̄ ⁊ iperiti i cauti ⁊ ꝓnissimi/
sunt oēs i his etatibus: Quinta ratio sumit̄ ꝓuerbioꝝ.xxiij.noli subtrahe
re a puero disciplinā si.n.ꝑcusseris cū virga nō morieẗ ⁊ ꝓuerbioruꝫ.xxix.
virga atqꝫ correptio tribuit sapiētiam:puer aūt q dimittit̄ voluntati sue cō
fundet matrē suā.quod salomonis sapiētissimi dictū satis dignū ē nā disci
plinis ⁊ artibus ⁊ litterarū studijs difficulter ⁊ nō delectabiliter pueri ⁊ a
dolescētes incūbunt nam triste ⁊ plurimū meroris habet artiuꝫ ⁊ littera
rū exercitiū quod pueri ⁊ adolescētes fugiūt nā voluptuosa ꝓsequunt̄ ni
mium ⁊ quodcūqꝫ triste abhorrēt.ideo adiscere recusant adhuc etiā pueri
⁊ primi adolescētes nꝫ ꝑtie dignitatem nꝫ sciētie ⁊ doctrine maiestatē per
fecte cognoscūt quo fit vt adiscere facilr̄ cōtemnant ex his ergo quinqꝫ ra
tionibus videtur eē pueros ⁊ adolescētes timore ⁊ verberibꝰ cōpescēdos
eē:Sꝫ qd super his disputationibꝰ cōtrarijs ad inuicem sentiēdum sit di
ligēti obseruantia perquiramus ⁊ sapiētum cōsilia nobis proponēda sunt
e quibus primus plato.vij.de legibus sic scribit mea quidem ratio rectam
vitam cēset nec voluptates sequi omnino nec effugere oīo dolores debere
sed medium potius illum habitum quē trāquillitatem voco:dico etiā gra/
uidas mulieres maxime oīum illo anno ita regēdas esse.vt nec ad volu/
ptates multas furiosasqꝫ fore nꝫ doloribus agitētur sed trāquillā pacataꝫ
⁊ mitē vitam agāt sic etiā pueris ⁊ omnibus hoībus hec vita eligēda est vt
mere voluptatis meriqꝫ doloris vitam ꝯfugiēdam oībus ⁊ mediam quan
dam semꝑ eē tenēdam hec ibi plato cuius sētētia potius diuina q̄ͥ huma/
na est ⁊ omnibus viribus prosequēda operibusqꝫ imitāda vt hoīes nꝫ me
rore nimio neqꝫ super abūdanti leticia viuāt.sic etiā pueri ⁊ adolescentes
nō voluptatibus nō terroribus.sed inter ista media vita eligēda ē.sic etiā
omnis vita humana:nam meror ⁊ tristicia oīo fugiēda sunt.sed si fortuna
aduersa fuerit equo aīo ferēda si ꝓspera ratiōis iperio moderāda ne aīus
merore obūbret̄:ex i fortunūs aut ceca mens fiat ob blādiētē ⁊ lasciuiētēꝫ
fortunā tristicia nequaq̄ͥ bōa ideo oīo abiiciēda ē sꝫ leticia bōa ē si cōtēpe
rata fuerit sed cū effluit nimiū rationis̄ puertit iudiciū nā quatuor passiōes
aīe .s.gaudiā spes timor ⁊ dolor si ratiōis iperio nō paucrit nec tēperamē
to ꝯpressernit effluuntur ⁊ dilabunt̄ ⁊ sic anime ⁊ mentis principatum ab
imis radicibus euertuntur.qua propter moderandi sunt harum passionū
impetus sed aliter leticia aliter merore aliter auus aliter omnium ab aīus

hominum cōplectēda sunt q₂ leticia ⁊ amor in cibū quasi ꝯtinue ⁊ mode
rate sumunt̄ tristicia aūt quasi medicina quādoq₃ accipit̄ est.n. tristicia ꝑ
se mala que tꝑe egritudinis fit bona.vt cū q̄s peccauerit suppliciorum̄ tristi/
cia puniat̄ sed nō ꝯtinuanda ē ipsa tristicia.q₂ ꝑ se mala leticia aūt tēpera/
te sumpta vt cibus aīe ꝯtinuanda ē.quia ꝑ se bona que tunc erit mala cū
metus rationis excesserit sic sentētia diua platonis exponēda ē.sic pueris
⁊ adolescētulis exhibēda est oīum rerum vita qd̄ etiam vltra platonē fere
oēs sapientes rectissime cōsuluerunt sic aristoteles in.x.ehticorum̄ scripsit iu
uenes delectatione ⁊ tristicia erudiendi sunt ⁊.ij.oeconomice ꝑꝑ qd̄ deli/
berare oz ⁊ distribuere singula ꝯdigue ⁊ victū ⁊ vestitū ⁊ otiū ⁊ penas v̄/
bo ⁊ ope imitantes medicorum̄ virtutē i virtutē medicine respiciendo ⁊ lycō
troadēsis astyonactis filius vir eloquēs ⁊ sua tēpestate satis illustris. qui
schole principatū tenuit ꝑ annos.xxxxiiij.⁊ in educādis instruēdisq₃ pue/
ris maxīe idone⁹ dicebat adhiberi necessario pueris pudoris ⁊ laudis studiū
velut equis calcar atq₃ frenū.⁊ zeno in li.de re publica ⁊ chrysippus in li.
de vitiis ⁊ apolidorus in li.de moribus sic ꝯsuluerūt ꝙ delectatōe ⁊ tristicia
pueri educari debēt terētius in.iij.comedia ha vehemēs in vtrāq₃ partē
menedeme es nimis aut largitate nimia aut parsimonia q₂ menedemus
filio aut nimis indulgebat aut nimis durus erat.⁊ iterū terētius in quarta
comedia duo fratres erāt vnus de mea alter mitio sic appellabant̄ nā de
mea duos filios hēbat ex q̄bus maiorē natu dedit mitioni i filiū alterū aūt
sibi reseruauit sed demea satis dure filiū mitio valde molliter alterū filiū
sibi nepotē educabāt qd̄ egregium exēplū comit⁹ ideo scripsit vt neq₃ du/
re neq₃ molliter filij educādi sitat q̄d.n.demea sūt durus q̄d mitio nisi mol/
le interpretari possum⁹ satis ꝑfecto illustris est horum̄ sapiētū virorum̄ sentētia
⁊ egregia nimis atq₃ accuratissime ꝑdiscēda cunctisq₃ hoībus opibus ꝑse
quēda q₂ aliquādo blādicie qñq₃ timor qñq₃ risus qñq₃ pauor qñq₃ p̄miū
qñq₃ suppliciū vt res postulat pueris ⁊ adolescētibus adhibēda sūt tūc.n.
timor pena suppliciū inferēda sunt cū egritudo peccati ⁊ corrupta vita sce
lerū ⁊ discipline negligētia ⁊ contēptus affuerint suppliciū. n .peccati est
medicina.nā sublatis supplicijs totus mūdus occūberet morte peccatorū
s₃ si puer ⁊ adolescēs a vitijs alienus:⁊ litterarū studijs aut v̄tutib⁹ vel ar
tib⁹ vel dignis reb⁹ incubuerit laudib⁹ p̄mijs leticia ⁊ iocūditate extollēdi
sūt iniquū valde ē eos opprimere supplicijs q v̄tutū fastigia ac sapiētiā oī/
bus viribus adipisci ꝯ tendūt silr̄ dicēdū si audax ⁊ p̄sumptiōis plen⁹ aut
temerarius q̄s fuerit ꝯprime man⁹ timore ⁊ supplicio si formidolosus aut
pusilanimis erige aīum iocūditate ⁊ leticia sicut dixit p̄hus ꝙ q filios eru
triūt debēt medicorum̄ v̄tutē imitari i v̄tutē medicie respicēdo q₂ corpora pu
erorum̄ ⁊ adolescētū cū egrota sint passionū ⁊ alterationū in pulsu ⁊ plurio
rū malorum̄ incursib⁹ medicinarū sapiētis medici curāda sūt.sed q̄ sint pue/

roꝝ ⁊ adolescentū ꝓcliuitates: ⁊ que ad egritudines q̄ discrimina vite q̄ꝫ p
ceps q̄ꝫ pēdula sit etas pueritie vel adolescētie nō solū opportunū ē dice
re sed multū terroris affert his parētibus q vere curas filios volūt. naꝫ q
filios negligūt nec vitā nec picula nec bona filiarū aspiciūt primū discri
men qd̓ i tenera etate ꝯsurgit scribit a pho i.vij.politicoꝝ sic dicēte oia.n.
amamus prima magis pp qd̓ oꝫ iuuenibꝰ facere oia extranea q̄ praua ma
xime aūt que cūq̄ꝫ ipsoꝝ hūt infectionē aut i besionē ⁊.x ethicoꝝ q̄dam de
lectāt noua entia posterius aūt nō silr pp hec c primū qdē.n.desideria iclȳ
ta ē mens ⁊ intēsa circa eadē opaꝛ queadmodū ſm visuꝫ aspiciētes postea
nō fit talis opatio.sed neglecta pp hoc ⁊ delectatio obscuraꝛ.dicit phus ꝙ
oia prima.i.q̄ nobis pmo cognita ⁊ nouissima sūt maxie amanꝛ·ratio huiꝰ
qꝛ mens circa noua maxie itendiꝛ.sic silr voluntas itenditur qꝛ sicut itel
lectus i cognoscēdo itendiꝛ sic volūtas in volēdo vt pꝫ expientia cū qs no/
uā vrbē ingrediꝛ attētissime intueꝛ ⁊ sic vehemētissime delectaꝛ qd̓ nō fit
i vrbe diu cognita: secundū discrimē scribiꝛ a pho.i.ethicoꝝ iuuenis nō est
expius coꝝ q ſm vitā sūt actuū ⁊.vj.ethicoꝝ singulariū ē ꝓdentia q̄ fiunt
cognita ex expientia iuuenis aūt exptus nō ē multitudo aūt tpis facit ex/
pientiā dicit phus ꝙ ꝓdentia ē circa pticularia ⁊ singularia q̄ nobis fiunt
cognita p expientiā q̄ acquiriꝛ p longitudinē tpis qd̓ nō ē in iuuene ⁊.vij.
politicoꝝ iuuenes apti nati ad potentiā ꝓdētia aūt i senioribus . iij . topi/
coꝝ nēo.n.iuuenes eligit duces ex eo ꝙ nō ꝯstat eos eē ꝓdentes iob.ij.i an
tiquis ē sapiā: ⁊ i multo tpe ꝓdentia. ⁊ phus.ij.rhetoricoꝝ iuuenes facili/
ter seducibiles qꝛ nō sūt experti plurima ⁊ iuuenes faciliter omnia credūt
qd̓ i puellis deterius cū facilius credāt ⁊ minus ꝓdētes sint mulieres q̄ꝫ
viri: Tertiū discrimē scribiꝛ a pho.ij.ethicoꝝ.oia valde amāt oderūt ꝯcupi
scunt respuūt semp plus q̄ꝫ deceat ⁊ ibi subiūgit phus dicēs iuuenes ve/
hemēter ꝯcupiscūt:acitas.n.voluptates hūt ⁊ nō magnas sicut q̄ laborā
tium sitis ⁊ fames ⁊ ibidē phus ⁊ scire oia putāt ⁊ affirmant huius cā est
qꝛ oia volūt: ⁊ dū dici phus sicut q̄ laborantiū sitis.i.egrotātiū. ⁊ genesis
viij.sensus.n. ⁊ cogitatio hūani cordis in malū ꝓna ab adolescentia verba
dei sunt ⁊ signanꝛ de adolescētia.loquunꝛ ⁊ ibidē phus iuuenes sūt intē
pati q̄ qdē itēpātia ē i irascibili ⁊ i ꝯcupli ⁊ q̄ꝫtū ad irascibile diꝛ ibidē phus
iuuenes aiosi sunt ⁊ acute ire ⁊ qꝛ nō sūt passi repulsaꝫ iō idignanꝛ valde
⁊ amatores victorie.igiꝛ sūt audaces auidi glie excedētes fortitudinis me/
diū dicēte seneca tragidia nona regēda ē feruida adolescētia qd̓ dictū se//
nece verū ē nā sanguis ⁊ caloꝛ nālis i ipsis ebulliūt ac feruēt iō passiōibus
magnis laborāt dicente pho.x.ethicoꝝ.iuuenes secundū passionē viuūt. ⁊
viij.ethicoꝝ iuuenū.n.amicitia pp delectationē esse videꝛ ſm passioneꝫ. n.
isti viuūt ⁊ maxie ꝓsequunꝛ delectabile eis ⁊ p̄sens ⁊ phus.ij.rethoricoꝝ.
iuuenes maxie ꝯcupiscūt venerea. ⁊ cicero.i.de officijs maxie.n.hec etas a

libidinibus arcenda ē.exercēdaq; i labore ꝛ patientia hic loquit̃ de adole-
scentia cicero q̄ i li. de senectute ait libidinosa ꝛ itempata adolescentia q̇ȯ
ēt rōnib⁹ ostendit̃ q꞉ fm etates sic fiūt ꝯplexiões.nā alia est ꝯplexio i ado
lescentia alia i etate ꝯsistentie:alia i senectute iō i istis etatibus diuersa sūt
desideria sic dicente pħo i.viij.ethicoꝝ etate aūt transcendente ꝛ delecta-
bilia fiūt altera pp q̇ȯ velociter fiūt amici ꝛ qescūt sil̃.n.cū delectabili ami
citia transcendit hec ibi q꞉ caro corpis ꝑ actionē caloris i hūidū mutat̃ per
restauratione cibi ꝛ potus q꞉ q̇ȯ calor resoluit restauramus ꝑ cibū ꝛ potū
iō mutat̃ corporis caro ꝛ alia q̈litas ꝛ alia dispositio ꝓuenit ꝑ etates iō di
spositio adolescentie ꝓna nimis venereis p̄ ceteris etatibus etas ꝯsistentie
.s.ad.xxx.anno vsq; ad.xxxx.ꝓna honoꝝ ambitionibus etas senectutis ad
auariciā flectit̃.lz hec tria desideria luxurie supbie ꝛ auaricie i oi vita hoīs
ipugnent hoiez:tn̄ magis i his etatibus vt diximus ꝙ aūt etas adolescentie
libidinibus parata sit atq; i luxuriā ꝓcliuis nimis pz q꞉ hilaris iocūda plu
rimūq; amatiua existit iō pħus.viij.ethicoꝝ amatiui iuuenes secundū pas
sionē nā hec etas subblandit̃ subridet:ꝛ voluptatibus plena quasi p̄gnās
voluptates parit quotidie nā amor ꝛ iocūditas ꝛ delectabiliū appetit⁹ irri
tamenta sūt luxurie q̄ maxie i hac etate vigent.adhuc ēt pz q꞉ i hac etate
vires nāles sunt potentiores i etate aūt ꝯsistentie vires aīales i senectute
nāles deficiūt iō adolescentes nālia desideria ꝛ q̄ magis sēsibilia sūt appe
tūt vt ē luxuria.iuuenes aūt aīales delectiões vt sūt honores magistratus
nois gl̃iam i senectute auaricia q꞉ ex quo deficiūt vires oīa eis deficere vi
dent̃.iō bñ dixit pħus.viij.ethicoꝝ q꞉ iuuenes ꝓsequunt̃ delectabile ꝛ eis
pn̄s.i.q̇ȯ cito transiturū est q꞉ futura ꝛ ꝑpetua nō ꝓspiciūt.regnat p̄terea
i hac etate venus q̄ venerea parat ꝛ iclinat adiūgit̃ post modū nouitas d̄
lectationū sicut dictū est.nouas delectatiões amamus magis.iō i puellis
q̄ v̄gines sūt magnū discrimē de quo dicit hieronymus ēt ferreas mentes
libido domat q̄ maiorē i v̄ginibus patit̃ famē dū dulci⁹ putat oē q̇ȯ nescit
hec ibi ecce expientia nobis ondit ex opib⁹ adolescētū ꝛ iuuenū nā adolescē
tia mlierū amatiua.iuuēt⁹ honores appetit.pueritia puerilia.iō paul⁹ p̄ma
ad corithios.c.xiij. cū eēm puul⁹ loq̄bar vt puul⁹ sapiebā vt puul⁹ cogitabā
vt puul⁹:qn̄ āt fact⁹ sū vir:euacuaui q̄ erāt puuli h̄ ibi magnū valde atq; sa
tis pniciosū ē hoc discrimē luxurie q̄ sua nā igēs nimis.nō solū titilat aīu3:s
q̈si icēdiū icautā adolescentiā dulcedine voluptatis aggredit̃.cui resistere
nō sufferūt sapientū vires.quid puella ibecillis ꝛ tenera q̄d adolescentu-
lus nullius pudoris:nulli⁹ supioris metu ꝯpulsus:nihil aliud nisi libidinū
vorago ꝓuentura? Quartū discrimen scribit pħus.ij.rhetoricoꝝ iuuenes
bone spei sūt q꞉ tp̄s futurū eis est multū:ꝛ p̄teritū breue hec ibi iō oīa au-
dent ꝛ temerarie ꝯgrediunt̃ sperantes vltra q̄; oporteat audaces temera
rij nequaq̄; reꝝ piculametiunt̃.qua pp in mala pluria icedet̃ necesse est

Quintū discrimē docet i sacro canone xij.q.pma.c.oīs etas vbi dr̄ nihil i
certius ꝙ̄ vita adolescētū ⁊ i ꝓuerbijs salomōis.c.xxx.tria sūt difficilia mi
hi ⁊ quartā penit⁹ ignoro via aqle i celo:viā colubri sup petrā:via nauis i
medio mari.⁊ via viri i adolescentia ⁊ terēti⁹ i pma comedia nā is postꝙ̄
excessit ex ephebis sosias liberius viuēdi fuit potestas:nā antea q scire pos
sis aut p ingeniū gnoscere dū etas metus magister ꝓhibēt ex his oīb⁹ vi/
dimus ꝙ̄ piculosa sit pueroꝝ ⁊ adolescētū etas:⁊ ꝙ̄ magnis stateris appē
dēda est ⁊ ꝙ̄ recta lāce metiēda sȝ lōge piculosior adolescētia ꝙ̄ puericia.
vtraqȝ tñ multū discriminis hēt.iō ad alias regulas trāseamus. Secunda
regula dr̄ cibi ⁊ potus iō hippocrates secūda ꝑticula aphorismoꝝ oȝ igit
ad nō ꝯsueta trāsmutare.i.de oibus cibis sumēdū vt oibus assuescāt pue
ri ⁊ adolescētes:tñ meliores frequētādi sūt mali qñqȝ sumēdi.i.q parū no
cent:sed hoīs ꝯditio ispiciēda ē.nā laborātibus vt agricolis ⁊ artificibus
grossi cibi ꝯueniūt ⁊ mediocri exertitio vtētes mediocres cibos sumant ⁊
nobiles nobilibus vtanť cibarijs sed aliter q litteraꝝ studijs ⁊ ōliciosis ex
ertitijs incūbūt ⁊ aliter q militiā exercēt.nā militū exercitiū grāde ē iō ro
busto corpore eē eos oȝ iō illis robusti cibi ꝯueniūt.sed oīs crapula ⁊ sup
deliciosus ciboꝝ apparatus oibus fugiēdus.iō lygurgus clarissimus legū
lator statuit iuuenes nō epulari opulētius.ne in luxuriā laberenť ⁊ publi/
ce comedere pueros iussit ⁊ maiores natu inspectores pueris comedētib⁹
assisterēt vt pudice ac pudēter ⁊ ꝯpositis morib⁹ ciborū voluptates sume/
rēt sȝ aduertēdū ꝙ pueris pluries comedeř ac etiā adolescētulis oportunū
ē sed lōge magis in puericia ꝙ̄ tn adolescētia qꝛ tales duplici nutrimento
indigēt.s.restaurare qd̄ depditur p actionē caloris nālis ꝙ in oibus etati/
bus ꝯmune ē ⁊ alio nutrimēto indigēt qd̄ fit ad corporis augumētū ē etiā
in pueris ⁊ adolescētulis calor nālis potētissimus idigerēdo ⁊ i resoluēdo
⁊ humidū i eis satis nobile ⁊ faciliter resolubile.iō ieiunium in istis satis
letiferū.iō ecclesia spū sāto ꝑdita nō indixit ieiuniū vsqȝ ad vicesimū pmū
annū licet qñqȝ adolescētulos ieiunare.sit vtile aīo ⁊ corpori ideo hippo/
crates i aphorismis dixit pueri difficilius tolerāt ieiuniū ꝙ̄ iuuenes ⁊ aui/
cēna prima quarti.c.de cibatione febricitantiū senes ⁊ debiles ⁊ infantes
sūt ex his q nō possunt tolerare ieiuniū sed de potu dixit plato.ij.de legib⁹
vinū pueris ꝓhibendū ⁊ phus.ij.oconomice nō solū vinum ꝓhibuit pue
ris sed dicit ex vino iniuriosos fieri liberos ⁊ medici vinū sūmopere negāt
pueris ⁊ ꝯciliator differētia.lxx.pueris ⁊ nutricibus nō confert vinuȝ que
sapiētum dicta vera sunt.qꝛ vinū facit tēdere corpulentum sursuȝ.⁊ ē val/
de euaporatiuum ideo faciliter poterit in pueris producere magnum de/
sensuȝ a capite ⁊ sic poterit accidere eis epilentia nam in pueris fit magna
euaporatio dicente philosopho in libro de somno ⁊ vigilia pueri enim dor
miunt valde ⁊ vehementer eo ꝙ nutrimentum fertur sursum: Tertia re/

gula est circa existentium ne vita sit ociosa.est enimmortiferum valde oti/
um cunctis hominibus ⁊ non solum animo sed corporis salubritati perni
ciosuꝫ magna ps salutis bõe vite i debito exercicio ꝯsistit pueri tñ leniori
exercitio vtanť.iõ phus.vij.politicoꝝ.expedit pueris facere motus quoscũ
qꝫ tãtillos ad solidãda mẽbra ne defluant pp teneritudinẽ ⁊ i. viij. politi/
coꝝ pueri vsqꝫ ad.14.annũ leuibꝰ laboribus assuefaciendi sũt.hec ibi phus
sed adolescẽtes ꝗnto maiores natu tãto maiora exercicia hẽant nã ex otio
supfluitates firmanť ⁊ augenť i corpore sed ex exercicio resoluunť reddiť
ẽt aius sengnis ⁊ ignauus rudis ac siluestris cũ plurimo otio vacauerit.i
disponiť nõ solũ aius ad oẽm disciplinã ⁊ artes quascũqꝫ:sed ẽt corpꝰ ine
ptũ reddiť cũctis laboribus ceterisqꝫ ṽtutibus.ita ꝓfecto otiũ letale est iu
uenibus vt qcunqꝫ otiosus ex hoie pecus brutũqꝫ reddať:Quarta regula
dr̃ regionis mutať.n.ꝯplexio pp mutationẽ regionis ex tẽperie aeris ⁊ re
gionis fit tempata ꝯplexio.⁊ e ꝯ̃ qꝛ alij iflux us ⁊ aspectus celestes sunt in
vna regione ⁊ alij in alia hñt.n.regiones diuerse diuersos aspectus a side
ribus fixis ⁊ a planetis.sydera fixa sũt ifirmamẽto.sed planete sũt i.vij.or
bibus post firmamentũ qð ẽ octaua spera ⁊ dicunť planete stelle erratice
qꝛ aliqñ ascendũt i aliqñ descendũt p eccentricos suos nũc sub elliptica so/
lis nũc extra aliqñ retrogradi qꝛ hñt epiciclos oẽs planete preter solẽ . iõ
planete qñqꝫ sunt ꝑpendiculares i vno loco.⁊ i alio oblĩq sicut pꝫ de sole
q ui i meridie ẽ ꝑpendicularis:mane aũt ⁊ vesperi obliquus ⁊ hoc quo ad
motũ raptus sed motu ꝓprio est magis ꝑpendicularis quodã tp̃e anni vt
i mense maij ⁊ iunij:⁊ qñqꝫ obliquus vt mense nouẽbris ⁊ decẽbris. syde/
ra aũt fixa nec eccentricos hñt nec epicyclos:sed fixa ⁊ i mobilia sũt i locis
celestibus vbi affixa sũt .⁊ sub eadẽ pte zodiaci semp pagrant.s.sub zodia
co imaginario ⁊ semp eadẽ distantia distãt a zodiaco reali q ẽ i octaua spe/
ra ⁊ lꝫ ista sydera fixa semp sint in motu qꝛ celũ i quo affixa sunt semp mo
uenť:tñ regionẽ sup quã influũt semp aspiciũt pari cursu quo ad ꝑpend icu
laritatẽ vel obliqtatẽ vt ṽbi gratia si stella vna fixa est ꝑpendicularis super
ferrariã nũqꝫ erit obliqua i dicta ciuitate qꝛ vt dictũ est nõ ascendũt neqꝫ
descendũt neqꝫ ad dexterã nꝫ ad sinistrã ptem currũt sydera fixa sed sem
p p idẽ iter mouenť ⁊ currunt.secus ẽ de planetis vt diximus iõ aspectus
stellaꝝ fixaꝝ q bonus est i vna regione semp pseuerat i illa regione quo ad
ꝑpendicularitatẽ.iõ regio illa tempata ⁊ fertilis ⁊ salutifera existit pp aspe
ctũ benignũ bonaꝝ stellaꝝ.⁊ maxie qñ sol aspicit illã regionẽ recto ⁊ beni
gno aspectu:sicut i regione eqnoctiali iõ in tẽperata regio vbi fere semp a
spectus solis obliquus ẽ ẽt regio tempata ẽ qñ venti boreales ⁊ boni ibi
pflant est p̃terea qꝛ vapores a terra putridi ⁊ mali nũqꝫ eleuanť cũ ergo
pricipes ⁊ reges ⁊ magni dñi ⁊ potẽtes viri pñt filios suos trãsmittere ad
temperatã regionẽ vt ibi nutrianť:⁊ crescãt erit ꝓfecto ꝯplexio illoꝝ filioꝝ

bona ⁊ salubris ⁊ ꝑstantissima fiet ⁊ debent ⁊ tenent principes sic facere
quoꝝ filij populis multis ⁊ gētibus pricipari debent oꝫ eos bñ disponi in
ꝯplexione ⁊ postq̄ꝫ adulti fuerint vsqꝫ ad annos.xvj.ad alias vrbes trāse/
ant vrbes inclitas videāt diuersos populoꝝ mores gentiū diuersitates in
grant varias viuēdi ꝯsuetudines inspiciāt.nā ex tantis rebus sic diuersis
prudētissimi fiant ⁊ igeniū illustre ⁊ acies aī ꝑstantissima efficiť ⁊ magna/
nimi liberaleś magnificiqꝫ reddienť secus aūt ī puellis ⁊ mulieribus que
quanto secreti⁹ viuūt tāto salubrius:sic.n.decet mulieres raro vel nunq̄ꝫ
exire domū:ī publicū nūq̄ꝫ ꝓdire:viroꝝ aspect⁹ ⁊ ꝯsortia fugere:⁊ ꝓfecto
vt verius dicā neminē videre si fas ē diuinis rebus ⁊ ꝟtutib⁹ ⁊ artib⁹ ītra
secreta cubicula existētes diligēter ⁊ p discāt ex his oībus pudorē pudici/
ciā oīri necesse ē ⁊ postq̄ꝫ nupserint fidē castā viris ⁊ ea q̄ sūt domi ⁊ que
ad rē oeconomicā attinēt optime ⁊ prudētissime seruabūt.si vt diximˀ clau
se domi puelle ab alienis cōsortijs; remote secretis cubiculis adoleuerint
sic.n.decēs ē viros foris mulieres intus ꝯuiuē:Quinta regula ne pueris
adolescētulis sit vita deliciosa illud.n.oīo apparētib⁹ circa filios obseruan
dū ē q̄d vetustissime leges minois apud cretēses ⁊ lycurgi apud lacede/
monios statuerūt adolescētulos ad patientiā corpis:⁊ tēpantia aī curre
re:saltare exurire sitire algere:estuare:laborib⁹ occupari:vigilias incōmo
ditates sustinere his.n.rebus strenuus vnusqsqꝫ efficieť nō opes nō diui
tiaꝝ apparat⁹:nō sūptus multaꝝ reꝝ adolescētulis ꝯueniūt de quo comi/
cus ī quarta comedia.quid ages mitio:cur pdis adolescētem:cur amat:
cur potat:cur his rebus sumptū suggeris:⁊ quītilianus primo de instituti
one oratoria infantiā stari delitijs soluimus sed hoc memorandū ē.q̄ sicut
nec magnis delitijs debēt adolescere filij sic nec magnis vite incōmodis.
nec multū arcta reꝝ penuria nec magno frigore nec estuanti calore affli/
gendi sūt sicut diuites parētes agūt ī cubiculis satis calidis:infantes ⁊ pu
eros enutriūt.nā calor nālis exhalat ad exteriora ex locis valde calidis: ⁊
sic debilitať ⁊ corpus molle reddiť ⁊ de frigore dicit phus ī li.de lōgitudi/
ne ⁊ breuitate vite.coagulatio aufert augumentū.i.qñ pueri valde inten/
suꝫ frigus sustinēt nō bñ crescūt:igiť īter hec duo mediū sumendū ē sint
nec nimia diuitiaꝝ opulētia:nec reꝝ excessiua parcitas ⁊ satis salubre docu
mentū ē a diuitijs declinare in reꝝ parcitatē.vt nō diuitias pmo filijs debe
ant parare parētes.sed ꝟtus añ oīa exqrenda est:⁊ sūmopere ab oībus ex
petēda nō.n.diuicie abijciēde sūt:neqꝫ ꝯtemnende que vite necessarijs ⁊
⁊ hominis dignitati ꝯueniūt sed non añferēde ꝟtutibus diuicie nec sole
sine virtutibus acquirēde:nec in ipsis lꝫ oēm curam cunctosqꝫ labores in
pēdere.quod oēs sapiētes rectissime consuluerunt.plato quarto de legib⁹
liberis non auri sed pudoris multum licet relinquere.⁊ cicero primo de of

ficijs.optima autem hereditas a parentibus traditur liberis omniq; patrimonio prestantior gloria virtutis que quidem claronis sententia diuina est & his rationibus manifeste probatur: Prima ratio quia ingentes opes subuertunt ingenium & cerū & ignauum rude atq; siluestre redduntur & vitiorum fomes opulentia rerum a virtutibus segregat vitiorumq; multitudine replet cum enim qs locupletes redditus futuros sibi existimat:tūc litterarum studia:peritiam scientiam artes & quoscunq; virtutum labores nequaq̄ adipisci nec animo complecti nec vlla diligētia contēdit, acquireret sed otia voluptates:illecebras luxum & crapulam omni cura prosequitur.omnis diues ignauus aut voluptatibus solutus nisi paucissimi quos dei miraculum illustrauit: Secunda ratio est quia nocent diuicie salubritati corporis.quis enim diues temperatam vitam agit:quo pacto in abundantia rerum erit parcitas aut temperies victus & vestitu ceterarumq; rerum moderamen: Tertia ratio satis egregia est si quis enim nimium locuplex sed a virtute alienus necesse est vt sit auarus aut prodigus cum liberalitatem horum extremorum medium penitus ignoret sic ergo aut prodige omnia consumet aut auarus & tenax non possidebit diuicias sed ab illis possidebitur non diues sed diuiciarum custos miseram ac calamitosā aitā aget.ideo sapientissime locutus est chrates philosophus qui sepe dicere consueuit.si licuisset vociferare quorsū ruitis homines. qui omne in comparandis pecunijs studium facitis:filiorum autem quibus eas relinquitis paruam curam suscipitis.quod dictum philosophi satis egregiū ē quia postrema demētia est mensem vberem ac ingentem tantis laboribus partam in horrea putrida deportare:& vinum toto anno exculcum ac labore & sumptum egregie perfectum in vasis perforatis ac turpiter olentibus introcludere:sic sunt filij sine virtutibus tanq̄ vasa perforata in quibus diuicie parentibus relicte putrescunt:ac fetorem emittunt:cum prodige aut illiberalit & parte ac tenui vita possident.aut pompa fumante & euomente superbie fetorem.in ornatu vestium dispensare immo dissipare contendūt quid in puellis & in etate adolescentie vestitus excultus aut magno sumptu paratus nisi libidinis & cunctorum vitiaꝝ scelesta cōgeries qua propter romani totius moralitatis clarissimi artifices sic statuerūt.erat apud eos q̄dā forma vestis q̄ dicebat pretexta qua pueri vtebant vsq; ad.xiiij.ānū vl xvj.& etiā i hac etate pueri munsle figure rotūde depēdens a collo vsq; ad pectus ferebāt:qd erat signū modestie seruande:& ēt frenū intemparie de quo psius satyra quinta:cū primū pauido custos mea purpura cessit bulla q; succinctis laribus donata pepēdit.psius scribit ad magistrum suum cornutum cum mihi pauido idest timenti magistrum cessit custos purpura idest pretexta quia post annos pueriles ipsam pretextam reliqui

